



Iacobus Selestadij in Alsatia ex Beati Rhenani
 sorore natus, et in bonis literis feliciter educatus
 est. Cum is literarum fundamēta in patria iecisset,
 sese hinc inde ad Germaniæ Academiās contulit,
 atq; in primis Iurisprudentiæ & historiarum lectio-
 ni operam dedit. In ijs quoq; tanto successu uersa-
 tus est; ut uiris doctissimis Germaniæ meritò ad-
 numeratus, atq; Cæsaris consiliarius Argentinæ in
 magna autoritate fuerit. Scripsit is explanationē
 in Iohannis Reüchlini Progymnasmata: Francisci
 Pici carmen de mysterijs Dominicæ crucis, nuper
 in Germaniam delapsæ enarravit: Richardi Bar-
 tholini Austriados libros duodecim, & Guntheri

Poëtæ opus de rebus gestis Friderici Cæsaris scholijs illustravit: Antonij Pa-
 normitæ de dictis & factis Alphonsi regis Arragonum libros quatuor expli-
 cavit. Tandem etiam Iuris ciuilis Lexicon, ex uarijs probatorum autorū com-
 mentarijs, congeffit & edidit. hinc factum ut Spiegelius ob præclaram
 eruditionem & uarias æditas lucubrations omnibus doctis pal-
 sim innotuerit, & in magna existimatione fuerit.

Con. Gess.